



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia
Sacrarum Literarum Primarij Professoris. Tractatvs De
Legibvs, Ac Deo Legislatore**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1619

Cap. XXI. Vtrùm ad esse seu ad valorem vel fructum priuilegij aliqua iusta
causa concessionis necessaria sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94074](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94074)

quod est purum beneficium, non semper requiritur causa ex parte materia, seu actus concessi, sed ex parte concedentis, vt prudenter, & moderatè sua liberalitate vtatur, quod etiam suo modo in aliqua dispensatione locum habet, vt supra dixi.

pietatem, aut iustitiam, aut dari in remunerationem virtutis, vel laborum, &c. De quibus causis videri possunt *c. didici*, *c. tali*, cum alijs 1. q. 7. & cap. *ip/a pietas* 23. q. 4.

c. didici
c. tali
c. ip/a pietas

CAPVT XXII.

Quos effectus habere possit priuilegium et priuilegium est.

Explicimus hæc enus priuilegij naturam, seu effecti-
entiam, eiusq; causas, reliquum est, vt de effecti-
bus eius dicamus. Diuersorum autem priuilegiorum
varij sunt effectus: nam per distinctos effectus distin-
guuntur priuilegia, non quatenus effectus sunt, sed
quatenus ad illos vt ad terminos, seu quasi obiecta
ordinantur. Vnde sicut hic non tractamus de distin-
ctione priuilegiorum inter se (quia non est presentis
instituti ad particularia priuilegia descendere, sed in
communi tantum legem priuilegiatiuam explicare)
ita nõ intēdimus dicere de particularibus effectibus
priuilegiorum (illi n. ferè per omnes materias mora-
les vagantur) sed dicendum tantum est de effectibus
in communi, quos priuilegium secundum suam vni-
uersalem rationem habere potest, & de conditionib.
requisitis in vnoquoq; priuilegio ad operandum suos
effectus, ac deniq; quanta sit vis actiua priuilegij, &
quomodo ex verbis eius illorumq; interpretatione
colligenda sit.

Primum ergo statuimus, tres generales effectus
conuenire priuilegio, videlicet dare ius aliquod seu
facultatem aliquid agendi, vel non agendi, recipien-
di, vel conferendi, obligare aliquem ad illud ius con-
ueniendum, vel non impediendum, & derogare ali-
cui iuri priuilegio repugnanti. Hanc assertionem su-
mo ex communi doctrina scribentium in hac mate-
ria: nam licet distinctionem hanc formaliter, & sub
his terminis in nullo inuenerim, tamè singula mem-
bra passim in eis reperiuntur, & omnia, quæ de effe-
ctibus priuilegiorum dicunt, ad illa tria capita reuo-
cantur, vt ex discursu omnium, quæ hæcenus dixi-
mus, facile intelligi potest, & constabit amplius ex se-
quentibus. Declaratur etiam facili ratione ex defini-
tione priuilegij desumpta. Est enim priuilegium lex,
& vt sic habere debet effectum obligandi; est autem
lex priuata, & vt sic speciale ius, vel facultatem con-
cedit, & quia specialia iura solent derogare commu-
nibus, ideo priuilegium saltem rigorosè sumptum
effectum habet derogandi alicui iuri. Potest etiam sic
declarari, quia priuilegium comparari potest vel ad
eum, cui conceditur, sub quo respectu videtur prop-
riam priuilegij appellationem sortiri, vel compara-
ri potest vel ad eum, cui conceditur, sub quo respectu vi-
detur propriam priuilegij appellationem sortiri, vel cõ-
parari põt ad alios, & sic habet rationē legis, quam-
uis interdum possit rationem hæc exercere respectu
priuilegij, vt dicemus: vel potest comparari ad al-
ia iura, quæ illi repugnant. Priuilegium ergo respec-
tu priuilegij habet effectum concedendi aliquid;
respectu verò aliorum, habet effectum obligandi, res-
pectu verò repugnantis iuris habet vim derogandi.
Et ita cõstat diuisio, & distinctio membrorum inter
se, ac sufficientia, quia sicut in priuilegio non potest
considerari alius respectus per modum cause, ita nec
potest esse aliquis effectus eius, qui sub prædictis mē-
bris non comprehendatur. Vt autem magis constet
diuisio circa duo membra prima, aliquid adnotan-
dum, & inquirendum est, non repetendo ea quæ in
superioribus dicta fuerint, sed attingendo, & magis
explicando vbi oportuerit. De tertio membro dicta
sunt multa explicando definitionem, & formam pri-
uilegij, & infra circa mutationem priuilegiorum ali-
quid addemus.

Circa primum ergo membrum potest in primis
dubitari, quia in superioribus dictum est, nõ esse ne-
cessarium, vt priuilegium semper aliquod ius specia-
le, vel nouam facultatem cõcedat, quia multa priuilegia

*Tres genera-
les effectus
conuenire pri-
uilegio & q.
nam sunt.*

*De illis ad
quos compara-
ri priuile-
gium potest.*

6. Deceptio im-
pedi voluntari-
um, ac
proinde vna
rem priuile-
gij
De duplici
motiuo per se
generè distinguere
duplicem causam,
& consequen-
ter etiam duplicem
deceptionem. Vna
est causa per se, scilicet
illa, quæ mouet ad
priuilegium concedendum;
alia est causa per
accidens, scilicet
illius in de pro-
ueniente de-
ceptione.

c. super litem
c. ad aures
c. non potest
c. quia circa
Glossa
Panorm.
Felin.

7. Posteriori causæ correspondet diminuta narratio,
quæ est, quando aliquid occultatur, quod si Princeps
sciret, priuilegium non concederet, vt docent Panor.
& alij Doctores supra, & colligitur ex eisdem iurib.
& ex c. 2. de filijs Presbyt. in 6. Quia tunc etiam cen-
setur Princeps inuoluntarius. Hoc autem (iuxta com-
munem sententiam) maximè procedit, quando ali-
quid taceatur, quod secundum ius esse narrandum,
vt qui postulat beneficium, aperire debet, an aliud
habeat, & in indulgentijs est simile. Idemq; existimo
esse seruandum, quando ex consuetudine, & stylo
curiæ constat, talem conditionem esse aperiendam,
quia solet multum impedire, aut mouere Principem.
Nam torum hoc postulat propter Principis volun-
tatem, scilicet vt voluntariè consentiat: potest autem non
minus constare de hac voluntate per consuetudinē,
quam per ius. Quando verò vtrunq; deest, prudenti
arbitrio vtendum est, vt latius de dispensatione di-
ctum est.

8. Tandem circa hanc causam interrogari potest,
quænam sit sufficiens ad honestandum, & iustifican-
dum priuilegium. Hoc tamen non potest certis re-
gulis definiti, sed prudenti arbitrio superioris relin-
quendum est. Vnde ex parte subditi bona fides suffi-
cit, si cum illa procedat, & veram, ac sufficientem
narrationem faciat, vt, nisi euidenter constiterit, rem
esse iniquam, possit suo priuilegio licite vti, quia se-
per debet præsumere pro suo superiore. Et idem est,
si Prælati suo motu proprio priuilegium concedat
absq; petitione subditi, tunc enim non oportet, sub-
ditum esse sollicitum de causa, & an superior suffi-
cientem diligentiam fecerit: nam vbi oppositum non
fuerit certum, supponere potest, ac debet, rem esse le-
gitimè factam. Ex parte autem superioris solum ad-
ueri potest (quod in principio huius materiæ insinuaui
(non oportere hanc causam semper immediatè
pertinere ad commune bonum, quia priuilegium
ex sua primaria intentione est lex priuata, & ideo sa-
tis est, quod respiciat commodum eius, cui concedi-
tur. Mediatè autem semper redundare debet in com-
mune bonum, quia semper debet fouere religionem,
Suarez de Legib.